



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De accipiente ad vsura[m] c. 37.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

De accipiente ad usuram.

Cap. 37.

**I**nducere aliquem ad usuram non licet, nisi id fiat in commodum alicuius qui est in extrema necessitate, & cui nō potest alio modo succurriri: accipere tamen ad usuram per se malum non est, nam qui petit, solum mutuum petit, usuram vero non nisi coactus offert, & præbet. Si autem quis sineulla necessitate peteret, sed ad luxum, & ostentationem, et si peccaret, venialiter tamen tantum peccaret, modo id fiat circa graue damnum familiæ. Accipere vero ad usuram ad negotiandum, ut quis inde ditior fiat, an liceat videtur dubium, nam S. Thom. quondam à Florentino de hac re consultus, respondit non licere, sed forte intellexit S. Doctor de illo, qui abunde aliunde pecuniam habere poterat ad ne-

gotiandum: si quidem alias, & pro  
se, & pro alio ad usuram petere, &  
accipere licet, siue ad negotiandum,  
siue ad quidvis aliud. Permittun-  
tur usuræ, sicut & meretrices, &  
quidem interdum licet: peccatum  
camen est cogere ad usuras solue-  
das, sicut & eas exercere: est enim  
contra ius naturæ, & Canonicum:  
ex quo etiam usurariis undecim  
statuuntur pœnæ, ut licet videre  
apud Sylvestrum verbo usura.

*De monte Pietatis Cap. 38.*

**M**ons pietatis est quædam  
pecuniæ summa, aut re-  
rū pecunia æstimabiliū,  
quæ in pauperum refugiū à Prin-  
cipe, vel Republica recondita pe-  
culiari loco habetur, ex quo solet  
pauperibus gratis mutuari. Huius  
montis quatuor sunt leges: Prima,  
ut mutuum, quod datur sit ad bre-